

#### POSCOMUNIÓN

DIVINIS donis Cordis tui satiati: quæsumus, Domine Jesu, ut in tui semper amore permanere et usque in finem crescere mereamur. Qui vivis.

Saciados con los dones divinos de vuestro Corazón, os pedimos, Señor Jesús, nos concedías permanecer en vuestro santo amor y crecer en él hasta el fin. Tú que vives y reinas.

## PROPRIO DE LA MISA FIESTA DE LA CORAZÓN EUCARÍSTICO DE JESÚS

Jueves posterior al Sdo. Corazón

*Jn 13. 12* INTROITO

SCIENS Jesus quia venit hora ejus ut transeat ex hoc mundo ad Patrem: cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Alleluia, alleluia. Ps. 97. 1. Cantate Domino canticum novum: quia mirabilia fecit. *V.* Gloria Patri.

Sabiendo Jesús que su hora de pasar de este mundo al Padre había llegado, después de haber amado a los suyos que estaban en el mundo los amó hasta el extremo. Salmo. Cantad al Señor un cántico nuevo, porque ha hecho maravillas. *V.* Gloria al Padre.

COLECTA

DOMINE Jesu Christe, qui divitias amoris tui erga homines effundens Eucharistiæ Sacramentum condidisti: da nobis, quæsumus; ut amantissimum Cor tuum diligere, et tanto Sacramento digne semper uti valeamus: Qui vivis.

Señor Jesucristo, que en vuestro inmenso amor a los hombres instituísteis el sacramento de la eucaristía; os pedimos nos concedáis amar a vuestro amantísimo Corazón, y que podamos usar siempre dignamente de tan gran sacramento. A Ti que vives y reinas.

*Eph. 3. 8-12, 14-19* EPISTOLA

FRATRES: Mihi ómnium sanctorum mínimo data est grátia hæc, in gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi: et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a sæculis in Deo qui omnia creavit: ut innotescat principatibus et potestatibus in cælestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei: secundum præfinitionem sæculorum, quam fecit in Christo Jesu Domino nostro, in quo habemus fiduciam et accessum in confidentia per fidem ejus. Hujus rei grátia flec-

Hermanos: A mí, el más insignificante de todos los santos, se me ha dado esta gracia: anunciar a los gentiles la riqueza insondable que es Cristo, y aclarar a todos la realización del misterio, escondido desde el principio de los siglos en Dios, creador de todo. Así, mediante la Iglesia, los Principados y Potestades en los cielos conocen ahora la multiforme sabiduría de Dios, según el designio eterno, realizado en Cristo Jesús, Señor nuestro, por quien tenemos libre y confiado acceso a Dios, por la fe en él. Por esta razón,

to gēna mea ad Patrem Dōmini nostri Jesu Christi, ex quo omnis patērnitas in cœlis et in terra nominatur: ut det vobis secūndum divitias glōriæ suæ, virtūte corroborāri per Spīritum ejus in interiōrem hōminem: Christum habitare per fidem in cōrdibus vestris: in caritatē radicāti et fundāti: ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, et longitudo, et sublimitas et profundum: scire etiam supereminēntem sciētiæ caritatem Christi, ut impleāmini in omnem plenitudinē Dei.

*Isaias 12. 6*

EXSULTA et lauda, habitatio Sion, quia magnus in medio tui Sanctus Israel. *Ÿ*. Notas facite in populis adinventiones ejus.

*Zach. 9. 17*

ALLELUIA, alleluia. *Ÿ*. Quid bonum ejus est, et quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, et vinum germinans virgines. Alleluia.

*Luc. 22. 15-20*

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice, gratias egit, et dixit: Accipite et dividite inter vos. Dico enim vobis quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. Et accepto pane, gratias egit, et fregit, et dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem, postquam cœ-

doblo las rodillas ante el Padre, de quien toma nombre toda familia en el cielo y en la tierra, pidiéndole que, de los tesoros de su gloria, os conceda por medio de su Espíritu robusteceros en lo profundo de vuestro ser, que Cristo habite por la fe en vuestros corazones, que el amor sea vuestra raíz y vuestro cimiento; y así, con todos los santos, lograréis abarcar lo ancho, lo largo, lo alto y lo profundo, comprendiendo lo que trasciende toda filosofía: el amor cristiano. Así llegaréis a vuestra plenitud, según la plenitud total de Dios.

GRADUAL

Habitantes de sión: dad voces y saltad de júbilo, porque el Santo de Israel es grande en medio de vosotros. *Ÿ*. Pregonad por todas las naciones de estas maravillas.

ALELUYA

Aleluia. aleluia. *Ÿ*. Qué hermosura y que prosperidad la suya! Nos da el trigo de los elegidos y el vino que engendra vírgenes.

EVANGELIO

Llegada la hora, se sentó Jesús con sus discípulos y les dijo: He deseado enormemente comer esta comida pascual con vosotros, antes de padecer, porque os digo que ya no la volveré a comer, hasta que se cumpla en el reino de Dios. Y, tomando una copa, pronunció la acción de gracias y dijo: Tornad esto, repartiadlo entre vosotros; porque os digo que no beberé desde ahora del fruto de la vid, hasta que venga el reino de Dios. Y, tomando pan, pronunció la acción de gracias, lo partió y se lo dio, diciendo: Esto es mi cuerpo, que se entrega por

navit, dicens: Hic est calix novum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.

*Ps. 30. 20*

QUAM magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te. Alleluia.

TUERE nos, Domine, tua tibi holocausta offerentes: ad quæ ut ferventius corda nostra præparentur, flammis adure tuæ divinæ caritatis. Qui vivis.

VERE dignum et justum est, æquum et salutāre, nos tibi semper, et ubique grātiās āgere: Dōmine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus per Christum Dominum nostrum. Qui pridie quam pro nobis immolaretur in ara crucis, dilectionis suæ in homines divitias velut effundens, de Cordis sui thesauro Eucharistiæ prompsit mysterium. In quo credentium fides alitur, spes provehitur, caritas roboratur, et futuræ gloriæ pignus accipitur. Et ideo cum Angelis et Archāngelis, cum Thronis et Dōminatiōnibus, cumque omni milītia cœlestis exércitus, hymnum glōriæ tuæ cānimus sine fine dicētes:

*Mat. 28. 20*

ECCE ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi, dicit Dominus. Alleluia.

vosotros; haced esto en memoria mía. Después de cenar, hizo lo mismo con la copa, diciendo: Esta copa es la nueva alianza, sellada con mi sangre, que se derrama por vosotros.

OFERTORIO

¡Qué grande es, Señor, vuestra dulzura, que tenéis reservada para los que os aman! Aleluia.

SECRETA

Protegednos, Señor, ya que presentamos estas ofrendas; y con el fin de que os las podamos ofrecer con más amor, inflamad nuestros corazones con el fuego de vuestra divina caridad. Tú que vives y reinas.

PREFACIO DEL SAGRADO CORAZON

Verdaderamente es digno y justo, equitativo y saludable, que te demos gracias en todo tiempo y lugar Señor, Padre Santo, Dios todopoderoso y eterno. Que quisiste que tu Unigénito pendiente de la cruz fuese atravesado por la lanza del soldado, para que su Corazón abierto, sagrario de tu divina liberalidad, derramase sobre nosotros los torrentes de la misericordia y de la gracia; y ya que nunca dejó de estar abrasado por nuestro amor, fuese para las almas piadosas un lugar de descanso, y un refugio de salvación abierto para los pecadores. Y por eso, con los Ángeles y los Arcángeles, con los Tronos y Dominaciones, y con toda la milicia del ejército celestial, cantamos el himno de gloria, diciendo sin cesar:

COMUNIÓN

He aquí que estoy con vosotros todos los días hasta el fin del mundo: dice el Señor.